In singulos dies expectavi dum meus famulus domum te evidenter de toto negotio meo; sed aeq. hic frustra e me spes. Ego iam et esse est Marco; et, ut vides, maneo Altdorffinus: auctum est stipendium: domus hic mea, et postquam finem mea, sine cura: cum humanissime promisse, et demandata. Cum ea humanitate et studio ~~ii~~ res acta, ut me paeniteat petitionis: quod si firmo animo fuissem, emollivissent; redeunt eo animo, qui abeundi, ut tute scis, magnum fui cupidissimus. Tu mihi ~~ego~~ urge hanc occasionem: sed celerrime: puto enim Heidelbergenses cognovisse responsionem meam ex ipso Polo~~nis~~nicis legatis, et postridie hic meum famulum, quam ego Steinbergam miseram: quod magnum est usus cum nostro Hippolyto: ~~[illegible]~~ ijs ego me totum aperui. Itaque forte sine expectatione meamm litterarum, cogitationes suas aliorsum convertent. Noli tua frigiditate (liceat mihi hoc dicere, pro nostra amicitia. nam ego eandem meam culpam agnosco in rebus agendis) rei consilium addere. Scribe tu ad Hippolytum, ad Gratium: adhibe tu Lupulum, aut D. Comitem. Vellem ubi te ibi esse, non solum propter te, sed tu (ut hoc uterque vides) propter me, in studiis disputationibus, quod me possis tanto magis praemonere. Tu me et meos salvere volo. 9 Septembr. Altorffio.

Heidelbergenses

Tuus Scherbius.

De coronato Basiliensi obliti sumus scribere: mitte ~~[illegible]~~ potes, tuo tamen consilio: et si quid habes adversus Franciscum, scribe. Ego nunc ad postremos, animo gladiatorio accedo. Gephyrius nos ~~[illegible]~~ suspendit suis thesibus, ut nunc adhuc ~~[illegible]~~ iaceant. Sed profecto mihi non placent: itaque respondeo, et[?] [illegible], ut illi placeant.

Mitte quaeso meas primo quoque tempore Heidelbergam.

Theophilo Madero, illu,
stris Scholæ apud Amberg.
Moderatori summo, amico
meo certo S P.

Amberg.